b *Quæro nunc, quid è cō*
2 *uerſo, &c.*] An, † & quatenus dominus directus, qui ob canonem non ſolutum intra legitima tempora, expulit emphyteutam, penſionem præteriti temporis ab eo petere poſſit, declarat, vltra Clarum noſtrum, Trentacinquius dicto libro 3. reſol.7.num.2. *Harprec.*

c *Nunquid Prælatus poſſit expreſſe remittere caducitatē emphyteutis Ec-*
3 *cleſiæ.*] Quatenus † prælatus recipiendo penſionem præiudicet Eccleſiæ, ita vt cenſeatur remiſiſſe caducitatem, poſt Clarum noſtrum, & alios dilucide exponit Trentacinquius dicto lib.3.reſolut.6.num.5. & ſeqq. *Harpr.*

*Bart.in d.l.2.num.8. in fin. vt dicit Gigas de penſ. q. 73. in fin. Hanc etiam opin. contra Bart. atteſtatur eſſe communem Ruin.conſil.*110.*num.*4. *libro* 1. *& conſ.* 151. *nu.*12. *eod.vol. Videtur enim incompatibile, quod recipiatur penſio pro tempore poſt caducitatem decurſo, & quod ſaluum ſit in caducitatis: & ſic, quod quis eodem tempore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta. Vnde cum huiuſmodi proteſtatio, ſiue reſeruatio ſit contraria facto, nihil releuat, iuxta ea quę dixi infra lib. 7. §. Proteſtatio. Et ita ſuperioribus annis reuocata fuit ſententia cuiuſdam Doctoris, qui iudicauerat cōtrarium, fertur auctoritate Bart.in dict.l.2. neque aduertit quod in hoc Bart. communiter reprobatur, vt ſuperius dixi. Aut vero ſumus in dubio, quia ſcilicet dominus, ſine aliqua proteſtatione, vel reſeruatione caducitatis pēſionem ipſam recepit, & tunc ſiquidē recepit etiam penſionem temporis futuri, ideſt, decurſi poſt caducitatem, res non habet difficultatem, quin cenſeatur remiſſa caducitas, vt in fortioribus terminis ſupra ſtatim. Sin autem recepit penſionem temporis præteriti tantum, adhuc idem dicendū eſt, quod ſcilicet cenſeatur remiſiſſe caducitatem. Et licet Bart.in loco præallegato, contrarium tenuerit, communis tamen opinio eſt contra Bart. vt dicit Gig.de penſion.quæſt.74.nu. 3. a qua non eſſet in practica recedendum, maxime quia æquior eſt, & humanior, & in hac quæſtione caue à Salic.in d.l.2.nu.14.qui dicit, quod distinctio Iacob. de Aren. quam ſequitur Bart. communiter approbatur, quia neque ipſe fideliter refert verba Bartol. neque (vt potes ex prædictis colligere) opin. Bartol. nec ſua communiter approbatur.*

2 b *Quæro nunc,*[b] *quid è conuerſo, nūquid dominus directi, qui declarauit caducitatē propter ceſſationē ſolutionis, & emphyteutam expulit, poſſit ab eo poſtea petere penſionem pro tēpore præterita ſibi debitam? Reſp. in hoc etiam articulo Doctores varia ſcribunt. Tu verò dic, quod aut dominus expellendo emphyteutam expreſſe reſeruauit ſibi ius petēdi penſionē pro annis ceſſatis; & hoc caſu talis reſeruatio, ſiue proteſtatio vtiq; illi conſeruat facultatem petendi ipſam pēſionem: & hæc eſt cōmunis opin. vt dicit Boer.deciſ.309.n. 5.in fin. aut vero non eſt proteſtatus, & tunc expellēdo emphyteutam ob canonem non ſolutum, non poteſt ab eo petere penſionem temporis præteriti, quidquid dicat Bartol.in d.l. 2.num.8. contra quem in hoc etiam eſt communis opinio, vt dicit Gigas de penſio: quæſt.75.poſt num.6. & hæc omnia nota in practica, quia propter varietates opinionum de facili quis decipi poſſet. Hæc tamen omnia intellige, vt procedāt in emphyteuta priuati: ſed in emphyteuſi Eccleſiaſt. ſpeciale eſt fauore Eccleſiæ, vt poſſit Eccleſia vtrūque conſequi, ſcilicet penſionem exigere, & emphyteutam expellere, vt eſt text.in Auth. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

3 *Sed nunquid ea, quæ dicta ſunt de emphyteutis laicorum, habent etiam locum in emphyteutis Eccleſiæ, vt ſcilicet ſi Prælatus recipiat penſionem ab emphyteuta, qui per triennium ceſſauerat, et ſic ceciderat à iure ſuo, præiudicet Eccleſiæ, ita vt cenſeatur remiſſa caducitas? Reſp. hæc quæſtio pē-*
c *det ab alia, nunquid Præl. expreſſe poſſit remittere caducitatem emphyteutis Eccleſiæ. In quo quidē articulo Doctores ita diſtinguunt. Aut Eccleſ. non eſt collegiata, & poteſt ſolus Prælatus remittere caducitatem. Aut verò Eccleſia eſt collegiata, & non poteſt ſine capitulo; & hæc eſt commun.opin. vt dicit Card. Alex.in cap.1.in princ.num.17.de his, qui feud.dar.poſſ. Dic ergo in hoc propoſito eadem ratione, quod aut Eccleſia non eſt collegiata, & recipiendo pēſionē præiudicat Eccleſiæ: aut eſt collegiata, & non poteſt ſine capitulo illi præiudicare. Ita colligitur ex gloſſ.in d. cap. potuit, in verbo expelli, quæ in hoc eſt cōmuniter approbata, vt dicit Alexand.conſ.5.num.19.lib.5. Ruin.conſ.70.poſt num.14.lib.5. Et dicit Imol.in d.cap.potuit, nu.34. circa fin. quod ita tenent communiter Doct. quem refert Alex. conſ. 105.num.15.lib.3. & Cæpolla conſ. ciuil.48.poſt numer.3. & Dec. conſ.329. num.3. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Iaſ.in d.l.2.num.130.*

4 *Sed pone dominus dicit emphyteutam cecidiſſe, quia per triennium non ſoluit, è contra vero emphyteuta dicit ſe ſoluiſſe; Quæro, cui incumbat onus probandi; Reſpon. quod dominus habet intentionem fundatam ex inſtrumento inueſtituræ; merito non ipſi, ſed emphyteutæ incumbit onus probādi. Ita tenet gloſſ.in d.l.2.in verbo, repellere, ibi: item quis probabit. C.de iure emphyt. quæ in hoc cōmuniter approbatur, vt dicit Socin.iun.conſ.91.nu.15.lib.2. Ita etiam tenere omnes Doctor. atteſtatur Iaſ.in d.l.2.num.132. & ſeq. quē refert Gigas de penſionibus, q.76. in fin.*

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Dominus directi poſt declaratam caducitatem an poſſit propria auctoritate ingredi rem emphyteuticam.*

Ex Additionibus.

1 *Dominus emphyteutam propria auctoritate, abſque iudicis decreto, expellere nequit.*
2 *Non eſt ſingulis permittendum, quod per magiſtratum publice fieri debet.*
3 *Nemo ſibi ipſi ius dicere poteſt.*
4 *Verbum expellendi quomodo accipiendum.*
5 *An, & quatenus creditor propria auctoritate ex pacto pignus a debitore auferre queat.*
6 *Quæ ſuo iure exigere alicui licet, tutius eſt exigere per iudicem.*

ADDI-

ADDITIONES.

a
1 QVod dominus non poſſit poſt caducitatem propria auctoritate ingredi poſſeſſionem, &c.] Quamuis † emphyteuta ob non ſolutum legitimo tempore canonem ipſo iure prædio emphyteutico excedat, vt pateſcit ex annotationibus ad quæſtio. 9. haud tamen domino illum propria auctoritate, abſque Iudicis decreto expellere, reique vectigalis poſſeſſioné occupare licet. Ratio huius
2 eſt perſpicua: Tum † quia non eſt ſingulis concedendum: quod per Magiſtratū publice fieri debet; ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. l. non eſt ſingulis, 176.ff.de reg. iur. l.ſi cuius, 13. §. equiſſimum, ff. de vſufruct.l.dotis, 9.C. ſoluto matrim. Tum quia per emphyteutæ ceſſationem, & negationem res fit dubia, & controuerſa, vt ad eius diſcuſſionem iudice opus ſit, vt explicatum eſt ſupra ad d.q.9. num.4.
3 Atqui † nemo ſibi ipſi ius dicere poteſt, præſertim vbi copia iudicis habetur, l.extat.23.ff.quod met.ca. l.creditores, 3.C.de pignoribus, l.nullus, 13.C.de Iudæis, l.3.C.vnde vi. & tot. tit. C. ne quis in ſua cauſ. iudicet.

Non obſtat l.2. Cod.de iur.emphyt.l.quęro. 54.§. 1.ff.locati, & l.ęde.3.C.de locato. quibus in legib. domino emphyteutam, & locatori conductorem, ob penſionem non ſolutam, expellere permittitur: nā verbum expellendi, vel repellendi (quod in citatis legibus habetur) ad iuris intellectū referri debet. Proindeque illic nō corporalem deiectionem ſignificat, ſed legitimam expulſioné, quæ nō fit de facto, ſed miniſterio iudicis, & per remedia iuris, cōpetētesq; actiones. d.l.extat.13.ff.quod met.ca.cū ſimil.
4 Similiter † non refragatur, l.penult.C.de pignor. act. ex qua apparet, quod creditor ex pacto pignus à debitore auferre propria auctoritate queat. Si hoc ex pacto, & conuentione licet: multo magis auctoritate legis, quæ dat poteſtatem expellendi emphyteutam, permittendum erit. Non, inquam, refragatur. Quia creditor poteſt propria auctoritate ex pacto pignus auferre à debitore, ſi is non reſiſtat: alias non item, l.creditores, 3.C. de pignoribus. Etſi igitur debitor creditori facultatem pignus propria auctoritate occupandi conceſſit; attamen ſi debitor facto, vel verbis reſiſtat, non rectè poſſeſſionem, niſi Iudicis in-
5 terueniat auctoritas, occupabit. Siquidem † & alioqui, quæ ſuo iure exigere alicui licet, melius, ac tutius eſt exigere per iudicem, l.ſi pupillorum.7.§.1.ff.de rebus eorum, qui ſub tutel. &c. l.ſi alius.7.§.belliſſime, 3.in fin.ff.quod vi, aut clam. l.ſi ſtipulatus.81.in fine, ff.de ſolutionib.l.debitores, 10. C.de pignoribus, Ioan. Vaud. variar. quæſt. libro primo, quęſt.13.hocque pertinent, quæ annotauimus ad §.creditor. 4.Inſtitut quibus mod.re contrah.obligat. 219. & ſeqq. Atque ita poſt Clarum hic noſtrum circa finem, ſentiunt Ioann. Borcholt. in Commentar. de feud. cap. 3.num.30. Fachineus libr. 1.controuerſiar.iur.capit. 95.Heigius, & Vulteius in §.adeo, 3.Inſtit.de locat. & conduct. num. 17. Ericus Hedemannus Diſput. 17. propoſit.59. Donellus lib. 9.Comment. de iur. ciuil. cap.15.verſ. vlt. Menoch. remed.1.recuperandę poſſeſſ.num.78.& 79. vbi plures varie ſentientes allegat. Eodem de re conſulantur Vvvrmbſer.libro 1. obſeruation.tit.34 obſeru. 1. nu.1. Matth. Coler. in tractat. de proceſſ. execut. part.1.cap.5.numer.23.& ſeq. Zobell. part. 2. differ. 45.numer.16. Corbulus in tract. de iur. emphyteut. c.15.q.12. Dominic. Cardinal. Tuſcus tom. 3. practic.concluſion.lit.E. concluſ.191.num. 1. & ſeqq. *Harpr.*

b *Expellere emphyteutam.*] Adde, & vide de iſta q. per Soc. in conſil. 167. ſub nu.14.& 15. qui nu.6. ponit quęſtionem, quando emphyteuta interueniſſet poſſeſſionem, quia incepiſſe nomine proprio poſſidere, quid iudicis. *Giach.*

c *Niſi cū auctoritate iudicis,*] Adde, & parte vocata, pro quo facit, ca.licet Epiſcopus cum glo. in verb.vocatio.de præb.lib.6.reſtitueretur tanquam ſpoliatus in ſua priſtina poſſeſſione emphyteuſis; moram enim poteſt purgare emphyteuta, vt habetur in d.c. potuit. de loc. pro quo vide, Guid. Pap.q.12.num.1. *Gouean.*

d *Propria auctoritate.*] Item quod dominus poſſit propria auctoritate expellere, quando rem emphyteuticam alienauit ſine eius conſenſu, vide per Crauet.conſ.18.nu.7. qui hoc verū ſine dubio eſſe dicit, quādo domino ita expellenti ſolum fit reſiſtentia verbis, & ceſſat timor ſcandali: & eitam alios concordantes, de quibus ibid. Item limita verum reſpectu ipſius vaſalli, vel hæredum ſuorum: At ſecus reſpectu extranei poſſeſſoris vide per Boſſ. de principe. num. 296. 297. 298. *Giach.*

QVÆSTIO XI.

1 *NVnc videndum eſt, numquid poſſit Dominus directi poſt declaratam caducitatem ingredi propria auctoritate rem emphyteuticam? Illa eſt ardua quæſtio, & in qua Doct. varie locuti sūt, adeo vt tot pene ſententiæ, quot capita, vt dicit Iaſ. in d. l.2. num.100. & ſeq.C.de iur. emphyt. vbi omnes opin. recenſet. Aliqui autem tenue-*
a *runt, quod dominus*[a] *non poſſit poſt caducitatem propria auctoritate ingredi poſſeſſionem rei emphyteuticæ, & in-*
b *de*[b] *expellere emphyteutam,*
c *niſi cum auctoritate*[c] *Iudicis. Et hanc opinionem, quæ iudicio meo æquior eſt, & tutior dicit eſſe commnnem Alber. in d.l. 2. colum.1. verſic. Ex hoc oritur. quem refert Iaſ. in loco præallegato, & illam ſeruat Parlamentum Delphinale, teſte Guid. Papæ deciſ. 107. num.1. Contrariam vero ſententiā, quod ſcilicet poſſit dominus poſt caducitatem expellere emphyteutam pro-*
d *pria*[d] *auctoritate, tenuit glo. in d. l. 2. in verbo, Repellere, in primis verbis. Et hanc opi. dicit eſſe communem Alex: conſ. 117.n. 11. lib. 4. Corn. conſ. 271. in littera B. lib.3. Dec. conſ.146. num. 7. Sigiſmun.conſ.feud.36. poſt nu. 3. & ſic (vt vides) hæc opin.gl. proculdubio eſt communior. Quæ quidem ſatis de plano procedit, quando emphyteuta ipſi domino propira auctoritate ingredi, & illam expellere volenti, non reſiſtit, licet tam glo.ſupra allegata, quam multi ex Doctor. qui illam ſequūtur, indiſtincte loquantur. Sed quid ſi reſiſtat? Reſpond. ſiquidem verbis tantum reſiſtat, adhuc dicendum eſt, quod poteſt dominus illam expellere. Et hanc eſſe magis communem opin. atteſtatur Corne.conſ. 193.in littera C.lib. 3. Si vero factis reſiſtat, crederem non licere domino illū propria auctoritate expellere, et hæc opi. tanquā æquior, & tutior, & quæ minus ſcandalis viam aperit, tenenda eſſet in practica: & niſi eſſet multitudo, & auctoritas Doctorum tenentium opin. gloſſæ, mihi indiſtincte placeret contraria opin. quod ſcilicet nullo caſu liceat domino expellere emphyteutam propria auctoritate: & ita ſemper cōſulerē amicis, & re vera omnes etiam tenentes opi. gloſſ. & etiam ipſamet gl. fatentur tutius, & melius eſſe id facere Iudicis auctoritate.*

QVAESTIO XII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quo tempore anni emphyteuta debeat ſoluere canonē domino directi.*
2 *Et quid ſi velit pro pluribus annis futuris ſoluere, an teneatur dominus acceptare.*

Ex Additionibus.

1 *An dominus, ſi ei emphyteuta pro tribus, aut quatuor annis futuris penſionem ſoluere velit, eam recipere cogatur.*
2 *Penſio emphyteutica, in fine cuiuſque anni, integra ſoluenda.*
3 *Pecunia facile à manibus dilabitur.*

ADDI-

ADDITIONES.

a *Soluere debitum canonem.*] De canonis ſolutione, vide aliqua notatu digna ſup. in addition. ad quæſtion. 8. ſub littera D. Et hic adde, quod remedium reſtitutoriū, haud competit emphyteutæ, quando cecidit à poſſeſſione ex eo quia canonem haud ſoluit per Socin. in l. rem, quę nobis, q. 2. verſ. ex quo. Alex. conſ. 6. n. 10. lib. 3. Afflict. deciſ. 397. nu. 27. Cæphal. conſ. 272. nu. 68. *Giach.*

b *Conſuetudo ſeruat.*] De conſuetudine generali totius regni Franciæ omnes cenſus, ſeu penſiones dominorum ſoluuntur in Martio, in die Annunciat. B. Mariæ Virginis, vt atteſtatur Chaſſan. in conſuet. Burgund. in tit. des cenſes, §. 1. in princ. *Gouean.*

c *Pro tribus, aut quatuor annis futuris, &c.*] Si
1 Emphyteuta domino pro tribus, aut quatuor annis futuris penſionem ſoluere velit, eam Dominus recipere minime cogitur. Eiuſque ratio manifeſta eſt: quia iuxta legem hu-
2 ius contractus emphyteutici † penſio eſt annua, & ſingulis annis, quidem in fine cuiuſque anni (niſi obſtet conſuetudo loci, vel conuentio partium, quæ ſeruari debet) integra ſoluenda, vt poſt Salicetum, & Iaſonem, & Guarnerum de Caſtell. in l. 2. C. de iure emphyteut. teſtatur Clarus hic numero 1. Itaque non licet emphyteutæ, reluctā te domino, contra legem contractus ſolutionē facere: pręſertim cum domini interſit, ſingulis annis penſionem accipere: quia pe-
3 cunia † vniuerſa ſemel accepta facile è manibus dilabitur, D. Obrecht. diſput. 36. theſ. 142. Idque multo etiam magis obtinet, ſi pēſio non in pecunia numerata debeatur, ſed in fructibus, qui curſu tēporis poſſint deteriorari, vt ſcribit Clarus noſter hic in fine. Eadem quoque de re, poſt Alciatū in l. ſtipulatio iſtā. 38. §. inter certā, 19. n. 17. ff. de verbor. obliga. & Padillam in l. poſt mortem, 12. num. 10. C de fideicōmiſſ. videndus eſt Petrus Auguſtin. Morla in Emporio iuris vtriuſque, par. 1. tit. 8. de reb. cred. q. 21. num. 6. *Harprec.*

QVÆST. XII.

1 *PRo complemento huius materiæ, quæro, quo tempore anni teneantur Emphy-*
a *teuta ſoluere debitum* [a] *canonem domino directo? Reſpondeo, quod quidquid ſit de iure*
b *conſuetudo* [b] *ſeruat, quod in fine anni ſoluatur integra penſio, vt atteſtatur Guarn. de Caſtell. in d. l. 2. quem refert Iaſ in ead. l. 2. num. 170. & ita quotidie videmus obſeruari.*
2 *Sed pone, quod Emphyteuta velit ſoluere domino cano-*
c *nem, ſeu penſionem pro* [c] *tribus, aut quattuor annis faturis, nunquid cogetur dominus illam recipere, etiamſi nolit vel ipſo recuſante, nunquid poterit emphyteuta illam deponere, & ſic erit liberatus? Reſp. quod non. Ita tenet Specul. in §. nunc aliqua. ſupra ſæpius allegato. q. 42. & ſeq. & eſt commun. opin. vt atteſtatur Alex. in l. ſtipulatio iſta, §. inter certā, quem legit cum §. ſi quis dolū. poſt nu. 5. ff. de verb. oblig. quē refert Dec. in l. cū tempus. n. 8. ff. de reg. iur. Aret. in l. qui Romæ, in prin. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. 2. n. 66. & ſeq. C. de iur. emphyt. Poteſt enim dominus directi dicere, ſua intereſſe pecunias ſuis temporib. recipere. Nam (vt experientia docet) pecunia facile è manibus dilabitur. Et hæc cōcluſio multo magis locum haberet, ſi penſio non in pecunia deberetur, ſed in fructibus, qui poſſent curſu temporis deteriorari.*

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an poſſit alienare rem emphyteuticam.*
2 *Et an eam alienando cadat ipſo iure, an autem requiratur ſententia.*
3 *Et an ex ipſa alienatione incurrat caducitatem, etiamſi non ſit ſecuta traditio.*
4 *Et quid ſi in contractu appoſita ſit clauſula conſtituti.*
5 *Et quid ſi in alienatione proteſtetur, quod ipſam alienationē facit ſaluo, & reſeruatur conſenſu domini.*
6 *Et quid ſi poſt alienationem, & traditionem illam recuperet.*
7 *Et quid in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & quibus dederit.*
8 *Et quod ſi in inueſtitura prohibeatur alienari maioribus.*
9 *Et quid ſi conuentum fuerit, quod liceat emphyteuta illam rem vendere.*
10 *Et an emphyteuta alienans partem rei emphyteut. cadat à tota emphyteuſi.*

Ex Additionibus.

1 *An, et quatenus emphyteuta, irrequiſito domino, ius ſuum emphyteuticum, vel meliorationes ſuas vendere poſſit.*
2 *Nunquid empyhteuta, inſcio domino prædium vendens, nō tamen tradens, iure ſuo cadat.*
3 *Et quid, ſi in inſtrumēto emphyteutico diſerte exprimatur, quod emphyteuta licentiam alienandi, in quemcunque voluerit, habere debeat.*
4 *Pacta, & cōuerſiones eam ſemper interpretationem recipiunt, vt aliquid operenter.*
5 *Quando creditor, non prius interpellato debitore, pignus vēdere queat.*
6 *Contractus ex partium conuerſione legem accipiunt.*
7 *Explicatur l. ſi quando. 35. C. de inofficioſ. teſtam.*
8 *Emphyteuta partem rei emphyteut. alienans, an & quatenus emphyteuſin amittat.*

ADDITIONES.

a *NVnquid emphyteuta poſſit alienare rem emphyteuticam.*]
1 Emphyteuta, † irrequiſito domino, ius ſuum emphyteuticum, vel meliorationes vendere haud poteſt: ſed debet domino denunciare teſtato, ſe ius ſuum, quod habet in prædio, uenditurum: quod niſi faciat, iure ſuo cadit, l. 3. Cod. de emphyteut. & poſt Clarum hic noſtrum notat Alexander Trentacinquius variarum reſolution. libro tertio, reſolut. 8. de iure emphytentico, numero primo. Cuius euidens eſt ratio, quia dominus de conſenſu in venditione, idcirco interpellandus eſt, vt ſi velit, rē eodē pretio emere poſſit, & ius protomiſeos, ſeu prælationis, vel retractus domino ſaluum maneat, dict. l. 3. Cod. eodem. Facta autem legitima denuntiatione, & domino intra duos menſes non emente, emphyteuta liberè, hiſce elapſis menſibus, ius ſuum transferre in quemcumque alium, idoneum, & capacem poterit: præſtita tamen domino quinquageſima parte pretij, vel æſtimationis rei quam laudemium vulgo appellitant. dict. l. 3. C. de iur. emphyt. Donell. libro 9. comment. de iur. ciuil. cap. 13. Borcholt. in comment. de feud. ca. 3. nu. 36. & ſeqq. *Harpr.*

b *Alienare irrequiſito domino.*] Adde, quod ob duas cauſas alienatio eſt prohibita ſine domini conſenſu: de quibus vide per Gabriel. Eugubin. in conſil. 184. ſub num. 9. Et quæ requirantur

in denunciatione? vide per Iaſ. in c. fin. in 2. not. colum. 4. Et ſi dominus requiſitus dicat ſe nolle emere, non eſt vlterius expectandus, ſed ſtatim recognoſcens poteſt vendere. Si autem dicat, volo deliberare, expectādus eſt per duos menſes. Ita per Spec. tit. de empt. quæſt. 109. & ſeq. Ad idē per Duen. reg. 39. 10. amplia. Tiraq. reg. ceſſante cauſa num. 80. Rom. cōſ. 25. nu. 4. Bart. l. quæ Romę, §. cohęres. ff. de verb. obligat. Itē alienare. Hic ſcias, quod ſi dominus cōceſſit emphyteutę facultatem alienandi, diſtrahendique emphyteuſin, quod non tamen nouus emphyteuta dicitur liberatus à munere ſuſcipiendi inueſtiturā, & ſoluendi laudemium. Ita per Socin. iun. in allegato conſ. 70. nu. 11. & 12. quē retulit etiā, & ſequitur Menoch. in conſ. 297. nu. 27. caſus vero, in quibus emphyteuta irrequiſito domino poteſt alienare, vide in Additio. ad deciſio. Afflict. 97. Item poterit alienare ſine licentia domini, ſi fuerit adiectum pactum, quod poſſit alienare, aut fuerint appoſita illa verba, & quib. dederis, aut cōcedere volueris: nam tunc taliter res conceſſa libere poteſt vēdi ſine alia licentia, text. Bald. & Angel. in l. cum eſſent, §. per plurium, ff. de ſer. ruſtic. prædior. & tradit Mat. Anguiſ. conſ. 82. nu. 25. qui cōprobat ex pluribus, vide per eū. Et 19. fallentias poſui in Apoſtil. mea. ad ſtat. Fer. tit. de vſi. & reb. ab alio recognitis, & multas fallentias, ac declarationes, ſiue extenſiones poſuit Iaſ. d. l. fin. per tot. & per Specul. tit. de iure emphyteut. vbi plene. *Giach.*

c *Etiamſi ſecuta non ſit*
2 *traditio.*] Quod † emphyteuta, inſcio domino prędium vendens, nō tamen tradens, ius ſuū non perdat, crebrius placuit, arg. textus in c. Imperialim, §. callidis. ibi. feudū vendunt, & in alios transferunt. de prohib. feud. alien. per Frid. tit. 55. lib. 2. feud. Eiuſque ratio eſt: quia non dicitur alienatum, quod vēditum quidem, ſed non translatum eſt: cum verbū (vendere) cum effectu ſit intelligendū, argum l. 1. §. hæc autē verba, ff. quod quiſq; iur. in al. ſtat. l. alienatū, 67. ff. de verb ſignific. cap. relatum, 4. ibi, cum igitur verba, &c. extr. de cleric. non reſidēt. Idque explicatius perſecutus ſū in §. adeo. 3 Inſtit. de locat. & cōduct. nu. 439. & ſeqq. *Harprec.*

d *Quod non.*] Et de hoc magis communis opin. vidē etiam per Roland. in conſil. 50. num. 28. vol. 2. atque in collect. mea com mun. opin. in verb. Emph. num. 12. *Giach.*

e *Et non aliter neque alio modo.*] Adde ad idē, atque vide per Felin. plene in cap. quæ in Eccleſiarum, poſt nu. 85. verſ. Saluatur, de conſtitutio. per Iaſ. d. l. fin. poſt nu. 142. in verſ. Sed ſi adijciat, & in repetit. rubr. ff. ſolu. matr. nu. 26. per gl. magiſtram, & Bart. in l. ſiquidem. C. de except. vbi de effectu horum verborum Gram. deciſ. 49. num. 3. vide per Rol. conſ. 51. nu. 30. vol. 2 qui fuſius alios cōcordantes aduocat. *Giach.*

f *Sed ſi.*] Iſta eſt doctrina dict. Fel. & Gram. vbi ſupra. *Giach.*

g *Quod non.*] De iſta communi etiam dixi in collecta mea communiū opinio. verbo, emphyteuta, num. 10. & nu. 11. limitaui locum non habere, ſi recuperatio facta ſit ante traditam poſſeſſionem. Item emphyteuta poteſt dare in ſolutum ex cauſa neceſ-

QVÆST. XIII.

1 *QVæro, nunquid* [a] *emphy-*
a *teuta poſſit alienare rē emphyteuticā? Reſp. de hoc habemus text. expreſſum in l. fi. de iur. emphyt quod nō poteſt*
b *illam alienari irrequiſito* [b] *domino, alias cadit à iure ſuo, vt tibi, & eſt communis regula, vt dicit Soc. iun. conſ. 70. nu. 14. lib. 3.*
2 *Adde, quod emphyteuta alienans rem emphyteuticam contra formam d. l. fin. cadit ipſo iure: nec aliqua ſententia requiritur. Ita tenet gl. in d. l. fin. in verbo, Cadat, circa princip. quam dicit Anton. de Butr. conſ. 22. num. 1. à nemine eſſe reprobatam, & quod non reperit illam per aliquem eſſe in dubium reuocatam: quē refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. fin. num. 103. & ſeq.*
3 *Sed nunquid, ad hoc vt emphyteuta cadat ab emphyteuſi, ſufficit, quod celebratus ſit contractus alienationis, etiam*
c *ſi ſecuta non ſit traditio? Reſpond. quod non, ſed requiritur, quod poſt ipſam alienationem ſubſecuta ſit traditio ipſius rei emphyteuticæ. Ita dicit Specul. in d. §. nunc aliqua, verſic. 95. & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in d. cap. potuit, nu. 49. in fin. de locato. Hanc etiam opinio. dicit eſſe communem Alex. in l. ſi à me, poſt num. 4. verſ. Secundo limitari, ff. ad leg. Falc. Iaſ. in d. l. fin. num. 132. Curt. ſen. conſ. 8. num. 10. Marſ. ſing. 412. plures ſunt, & dicit Tiraquel. de retract. municip. §. 1. in glo. 2. num. 43. quod hanc opin. tenet vniuerſa prope cohors Scribentium. Nam ante traditionem non dicitur alienatio perfecta, neque conſummata; ideo alienans non debet ex ea pœnam pati. Faciunt, quæ dixi infra hoc eod. lib. §. feudum, quæſt 31. verſ. Sed nunquid.*
4 *Sed quid ſi non interuenerit vera quidem, & actualis traditio, ſed tamen in contractu alienationis appoſita ſit clauſula conſtituti, vel precarij, nunquid talis ficta traditio poſſeſſionis, quæ fit per conſtitutum, ſufficiet ad hoc, vt emphyteuta priuetur iure ſuo? Reſpo. quod ſic. Ita tenet Paul. de Caſtr. in l. 1. §. ſi rem, num. 2. ff. depoſiti, & eſt communis opin. vt dicit Tiraquel. de conſtituto, in 26. limit. num. 1. & 6. Non enim poteſt negari, quin per conſtitutum vera poſſeſſio transferatur, licet modus trāſferendi ſit fictus. Bene verum eſt (vt dixi in dict. §. feudum, quęſt. 31. verſ. Sed quid ſi nō.) quod licet hæc opin. quod requiratur actualis traditio, eſt æquior, & ideo teneri poſſet in iudicando, maxime ſi eſſet iudicandum ſola facti veritate inſpecta. Et ita ſeruatur in curia Delphin. vt atteſtatur Guido Papæ. deciſ. 101.*
5 *Item, quæro, quid ſi emphyteuta in ipſa alienatione proteſtetur, quod ipſam alienationē facit, ſaluo, & reſeruato conſenſu domini, vel ſaluo iure directi dominij, nunquid talis proteſtatio illam excuſabit, vt non cadat ab emphyteuſi? Re-*
d *ſpond. quod* [d] *non eſt communis opin. vt dicit Iaſ. in 2. lectu. Rubricę ff. ſolut. matr. num. 25 Dec. conſ. 160. poſt nu. 4. verſ. Præterea dato. quem refert, & ſequitur Ripa in cap. cum M. Ferrarien. num. 80. de conſtit. Eſt enim talis proteſtatio contraria facto, & ideo non releuat, iuxta ea quæ dixi infra lib. 7. §. proteſtatio. Bene verū eſt, quod ſi proteſtetur ſe alienare, ſaluo, & reſeruato conſenſu domini, & non aliter, ne-*
e *que* [e] *alio modo; talis proteſtatio verbis geminatis concepta operatur, quod emphyteuta propter alienationem ipſam nō cadat ab emphyteuſi, etiamſi ſecuta eſt actualis, & vera traditio. Ita tenet Baldus loquens in vaſallo, in cap. 1. §. fin. quæ fuit prima cauſa benef. amitt. quem etiam in emphyteuta ſequuntur communiter Canon. vt dicit Ripa lib. 3. reſponſ. cap. 1. num. 3. & hanc reſtrictionem dicit eſſe communem Ripa in dict. cap. cum M. poſt num. 80. verſ. Secundo intellige, vt dixi in dict. quæſt. 31. verſ. Item quæro. & hanc etiam ego ſequor; licet forte dici poſſet, quod emphyteuta alienando, & tradendo rem emphyteuticā domino irrequiſito, dupliciter dominum offendit, ſcilicet ratione contēptus, & ratione præiudicij. Vnde licet illæ clauſulæ videātur tollere contemptū; nō tamē tollunt præiudiciū, quod ſequitur ex traditione: nihilominus nō recederē in iudicādo à cōmuni opin. præſertim vbi res tradita eſſet facilis recupe-*
f *rationis: ſed ſi eſſet* [f] *facta alienatio in perſonā potentiorē, vel de re difficilis recuperationis, puta, caſtro, vel huiuſmodi forte magis placeret contraria opin. quod ſcilicet etiā nō obſtāte huiuſmodi geminata proteſtatione caderet ab emphyt.*
6 *Sed quid an emphyteuta poſt alienationem, & traditionem recuperet ipſam rem emphyteuticā, nunquid propterea euita*
g *bit pęnam priuationis? Reſpon. quod* [g] *non. Ita dicit Bart. in l. ſequitur. §. item Labeo, in fin. ff. de vſucap. qui in hoc cōmuniter approbatur, vt dicit Roman. in d. §. item Labeo. Ripa in l. cum bona. poſt num. 20. de priuileg. credit. Ita etiā communiter teneri affirmat Imola in d. §. item Labeo. circa fi. Et dicit Alex. in l. ſi à me, nu. 3. ff. ad leg. Falcid. quod ita communiter concluditur. Idem etiam dicit Alex. in leg. ſi inſulā,*

num.